# TRIUMPHUS
## ÆTATIS TENERÆ,
De
## Natura & Tyrannide.
SEU
# S. CELSUS PUER
Pro Fide Chriſti Martyrio affectus.

Ab Illuſtriſsima, Magnifica, Nobili Iuventute
Academici Collegii Societatis JESU,
in Scenam datus.

*HONORI*
*ILLUSTRISSIMI, ac REVERENDISSIMI*
*Domini Domini*
## GEORGII FENESI,
*Epiſcopi Agrienſis, Præpoſiti Jáſzovienſis, Comitatuum Heves, & utriuſq; Szólnok Supremi Comitis. Sacræ Cæſareæ Regiaq; Majeſtatis Conſiliarij, &c. &c.*
Patroni & Mecænatis munificentiſsimi.

Dum
In agone literario benè meritis Præmia
decerneret.

CASSOVIÆ
Anno M. DC. LXXXIX.
Die 14. Septembr.

# Argumentum.

CIrca Annum Chriſti 311. ſub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, totam Syriam perſecutionis tempeſtas involvens; etiam S. Celſum Martiani Præſidis Antiochiæ filium, ad Martyrium rapuit. Hic unicus Paternarum facultatum Hæres, ætatis adhuc teneræ, cùm ad ludum literarium proficiſceretur; & S. Julianum à carnificibus per plateas raptari cerneret: abjectis libris, ac veſtimentis, S. Juliani pedibus advolvitur immobilis, unaq; cum S. Juliano Judici Patri ſiſtitur: Sed nec Patris minis, nec Matris blanditiis flectitur, aut terretur: quin imò Mater ipſa converſa fidem Chriſti conſtanter tuetur, & cum Filio Martyrio afficitur: Martiano miſerè inter blaſphemas voces animam evomente. *Simeon Metaph. in Vit. SSor. Surius tom. 1. ad diem 9. Januarij. P. Michäel Pexenfelder in Concionatore hiſtorico Hiſtoria 130.*

PRO-

# PROLOGUS:

Genius Celſi, invitante ad Martyrii laureas pugiles ſuos verâ Religione, à Zelo divino ad fortia quæquæ agenda, & ferenda inflaminatur: Cujus victoriæ Genius etiam ILLUSTRISSIMI, ac REVERENDISSIMI Mecænatis præludit.

## Actus Primus.

### Scena I.

CElſus ad ludum literarium ſe confe; rens, Parentis ſui, nimiam in Chriſtianos crudelitatem execratur.

### Scena II.

Dum rei literariæ operam navat Celſus; raptari cernit S. Julianum. E Scholis ſe proripit, S. Julianum per plateas inſequitur.

### Scena III.

Dolentibus Condiſcipulis Celſi, ſupervenit eiuſdem Inſtructor; puerum repoſcit domum deducendum. Intelligens factum ejus, mœſtus Parenti rem nunciat.

### Scena IV.

Per plateas curſitans Celſus, veſtigia S. Juliani perquirit, eaq; reverenter exoſculatur.

## Scena V.

Raptatur per plateas S. Julianus, cujus lateri immobilis adhæret Celſus, punitur divinitùs qui eum revellere tentat.

## Scena VI.

Inaudiens Martianus, filium nullâ vi poſſe à S. Iuliano abſtrahi, utrumq; adduci imperat.

## Scena VII.

Adducitur Celſus, cum quo blanditiis & minis incaſſum agit Pater. Demum in Carcerem retrudi jubet.

## Scena VIII.

Poſt conjectos in Carcerem Sanctos Martyres, Aulæ Martiani Præfectus Milites hilaria agere concedit.

## CHORVS.

Idololatria furore comitata, excitâ ab orco Megerâ, cor Martiani ad inflammandum contra filium Cyclopibus tradit.

# Actus Secundus.

## SCENA I.

CArceris ſplendore, & odore afflati milites, Chriſtum confitentur, ſeq; in vincula ſponte conjiciunt.

SCENA II.

Septem fratres è Proſapia Cæſarum liberè cum Antonio Presbytero Chriſtum Antiochiæ colentes, monentur ab Angelo: ut ad baptizandum Celſum ſe in Carcerem conferunt. Quo etiam ſe parantes abeunt.

SCENA III.

Ope Angeli, Carcer Adelphis, & vincula SS: Martyribus reſerantur: Baptizatur Celſus.

SCENA IV.

Adelphi ſe ſponte Carceri includunt, ad omne genus Mertyrii perferendum parati.

SCENA V.

Marcianus, Adelphorum facto cognito exhorret, & cum blanditiis nihil efficeret; retrudi in Carcerem eoſdem jubet.

SCENA VI.

Reduces in Carcerem SS. Martyres, læti excipiuntur; ſolo Narciſſo ſine vinculis triſti ac deſolato.

SCENA VII.

Decretum Martianus à Cæſaribus accipit de perimendis Sanctis Martyribus: qui ab Angelo de mortis ſententia admonentur.

SCENA VIII.

Martianus mortis ſententiam à Cæſaribus latam, Sanctis Martyribus exponit, & ſimul tormentorum inſtrumenta parari jubet.

SCENA IX.

Dum mortuum quendam videret ferri Martianus, jubet Iulianum in teſtimonium fidei eundem

ſuſcitare, quod ille etiam facit: ſurgit mortuus, & Sanctorum agoni ſociatur.

SCENA X.

Mertianus horrens Martyrum ſupplicia, Ruſſum ſibi ſubſtituit: qui Martyues igne torqueri imperat.

SCENA XI.

Sancti Martyres inter ignes illæſi perſeverant, modulantur, ſopitoq; igne incolumes eggrediuntur.

SCENA XII.

Martianus attonitus prodigio; audit à Iuliano: Chriſtum eſſe hujus Authorem, quod ille irridet. Celſo triduum cum matre agendi indulget.

INTERLVDIVM.

Lætâ familiâ ob ſpem de pervertendo, à Matre Celſo; Pantargus cum Socio Phantargo mimum agunt.

CHORVS II.

Paternæ fraudes, & *Maternæ* blanditiæ, Mundo & voluptatibus ſtipatæ, caſſes Genio Celſi ſtruunt, ſed hoc liberato, Maternæ fraudes captivantur, & obſequio fidei mancipantur.

## Actus Tertius.

SCENA I.

PRecibus Sanctorum, Mater Celſi veram Fidem agnoſcit, & lavacro ſalutis abluitur.

SCENA

SCENA II.

Martiano nunciatur, Conjugem ad Chriſtum converſam. Irâ furens Sanctos Martyres adduci imperat, à quibus dum ſpe ſuâ fruſtratur Conjugem ſibi ſiſti demandat.

SCENA III.

Martionillam dum Lictor extrahere è Carcere tentat, cœcitate punitur, excandeſcens Martianus, Adelphos ignibus exuri imperat.

SCENA IV.

Adelphi ſe confortant mutuo ad pugnam, reliquis valedicunt.

SCENA V.

Adelphi deducuntur ad uſtrinam, & ignibus exuruntur.

SCENA VI.

Poſt occiſos ſeptem fratres Adelphos, ut Uxorem & Filium conſervet Martianus: templum Jovis reſerari mandat. Et Popas cum Sacrificulis adeſſe.

SCENA VII.

Martianus dum Iulianum Diis ſupplicare exiſtimat, ſubverſionem aræ intuetur: Excandeſcens retrudi in Carcerem cum Vxore & Filio Celſo mandat.

SCENA VIII.

Sancti Martyres in Carcerem detruſi, in vincula compinguntur, ſannas & ludibria à lictoribus perferunt, ad certamen ſe parantes divinam opem implorant.

Scena

SCENA IX.

Martianus tormentis filium & uxorem ſubjicit, ac tandem capite truncari demandat.

SCENA X.

Sanctorum Corporibus dum inſultant Milites, terræ motu perterriti fugam capeſſunt.

SCENA XI.

Martianus terrore phanatico externo, & internis ſuis cruciatibus excarnificatus, animam inter deſperationem in orcum evomit.

SCENA XII.

Præfectus Aulæ, ſtrygis buſtum Martianum à Militibus, terræ gravem, intra terram recondi jubet.

# EPILOGVS.

Genius Vngariæ, cum aliorum Regnorum Vngariæ adjacentium Geniis plauſum dat Religioni. Celebratur Sanct. Celſus & ILLVSTRISSIMO, ac REVERENDISSIMO Mecœnati Vota fiunt.

O. A. M. D. G.

Nomi-

# Nomina Actorum.

*Martianus.* Dominus Andreas Szerdahelyi, Nobilis Ungarus de eadem, Logicus.

*Marcionilla.* Martinus Pinter, Nob. Ung. Uyhelyienſis, Poëta.

*Celſus.* Gregorius Hidi, Nobil. Ung. Szathmarienſis, è Convictu Nobilium, Rhetor.

*Julianus.* R. D. Andreas Menyhárt, Nobil. Ung. Somlyienſis, AA. LL. & Philoſophiæ Bacc. Sem. Kiſdiani S. Ladislai Regis Ungariæ Alumn. Phyſicus.

*Antonius.* R. D. Petrus Kozma, Nob. Tranſylvanus Kézdienſis, AA. LL. & Philoſoph. Bacc. Sem. Kiſd. S. Lad. Regis Ungariæ Alumnus, Phyſicus.

*Septem Fratres Adelphi.*

- *Felix.* Sigiſmundus Palugyai, Nobilis Ung. de Kis Palugya, è Convictu Nob. Rhetor.
- *Probus.* Gabriel Palfalvai, Nob. Ung. Scepuſienſis Rethor.
- *Virgilius.* Ladislaus Deviny, Nob. Ung. Caſſov. è Con. Nob. Rethor.
- *Creſcens.* Georgius Peſti, Nob. Ung. Homonnenſis, è Couv. Nobilium, Gramm.
- *Secundus.* Ladislaus Poturnyai, Nob. Ung. Caſſov. è Conv; Nob. Gramm.
- *Florianus.* Ezechiel Görgei, Nob. Ung. Harhövienſis, è Conv: Nob. Principiſta.
- *Narciſſus.* Franciſcus Turcsanyi, Nobi. Ung. Eperjenſis, è Conv. Nob. Gramm.

*Præfectus Aulæ.* Comes Franciſcus Barkóczi de Szala, Ungarus, Poëta.

*Tribunus Militum* Ruffus. Franciſcus Talyai, Nobilis Ungarus, Talyaienſis, Rethor.

*Milites*

Ladiſlaus Melczer, Nobilis Ung. de Kellemes, è Conv. Nobilium Rhetor.
Sigiſmundus Gyulai, Nob. Ung. Tokaienſis, Poëta.
Georgius Lőrinczfi, Nob. Tranſyl. Torjaienſis, Rhetor.
Andreas Götze, Nob. Ung. Szendróvienſis, è Convict. Nobilium Poëta.
*Milites.* Sigiſmundus Berthoti, Nob. Ung. Saroſienſis, è Conv. Nobilium Gramm.
Joannes Kiniſi, Nob. Ung. Caſſovienſis, Syntaxiſta.
Gabriel Ujhelyi, Nob. Ung. Ujhelyienſis, è Conv. Nobilium Syntaxiſta.
Joannes Tiliczki, Pannon Scepuſienſis, Poëta.
Joſephus Bánk, Pannon ex Comitatu Arvenſi, Poëta.
David Horanczki, Pannon, Scepuſienſis, Grammatiſta.

*Celſi Instructor.* Franciſ. Talyai, Nob. Ung. Talyaienſis Rhetor.

*Ludi Moderator.* Nicolaus Mercator, Pannon Poëta.

*Condiſcipuli Celſi.* Joannes Lukátſik, Nob. Un. Hanusfalvenſis, Principiſt.
Ezechiel Görgei, Nob. Ung. Harhovienſis, è Convict. Nobilium Principiſta.
Franciſcus Szunyogi, Nob. Ung. Caſſovieſ. Principiſta.
Michaël Lucsanczki, Nob. Ung. Caſſov. Principiſta.
Joannes Zorger, Nob. Ung. Parviſta.

*Athanaſius.* Andreas Koloſvári, Nob. Ungar. Tranſylvanus, è Conv. Nob. Sántaxiſta.

*Tabellio.* Martinus Zorgel, Ung. Bartfenſis, Poëta.

*Famuli.* Stephanus Lacher, Pannon Scepuſienſis, Grammatiſta.
Georgiu Horvat, Nob. Ung. de Lomnicza, Syntaxiſta.

*Pantargus.* D. Andreas Petrovics, Nob. Ungarus ex Comit. Saroſienſis, Logicus.

*Phantargus.* Jacobus Fabrici, Ung. Saroſienſis, Poëta.

*Hoſpes.* Georgius Rati, de eadem, Nob. Ungar. è Convictu Nob. Syntaxiſta.

*Rex Sacrorum.* Joannes Hyacinthi, Nob. Ung. Homonieſ. Synt.

*Sacrificuli.* Michaël Lucsánczki, Nob. Ung. Caſſov. Principiſta.
Joannes Zorgel, Nob. Ung. Parviſta.

*Praeco.* Emericus Pataki Nob. Ung. Caſſov. Principiſta.

## Chori non Muſici.

*Religio.* Paulus Kalmancyai, Nob. Ung. Caſſov. Poëta.

*Juſtitia.* Antonius Carolus Rottenſtein, Nobilis Germanus Metchelburgenſis, Parviſta.

*Zelus Divinus.* Ludovicus Palugyai, Nob. Ung. de Kis Palugya, è Conv. Nob. Principiſta.

*Timor.* Benedictus Tokai, N. U. Tokaienſ. è Con. Nob. Rehtor.

*Voluptas.* Spectabilis ac Magnific. Juvenis, Michaël Fiſſer, Neoſolienſis, Ungarus.

*Fortitudo.* Joſepgus Juliani, N. U. Eperjenſis, à Con, N. Gramm.

*Furor.* Benedict. Görgei, N, U: de eadem, è Con. N. Syntax.

*Idololatria.* Steph. Poturnyai, N. U. Caſſo. è Con. N. Syntaxiſta:

*Megera,* Antoniu Carolus Rottenſtain, Metchelburgenſis Nobilis Germanus Parviſta.

*Paterna Fraudes.* Alexander Pelsöczi, N. U. Caſſov. Synt.

*Materna Blanditia.* Paulus Kalmaczai, Nob. U. Caſſov. Poëta.

*Mundus.* Franciſcus Devinyi, N. U. Caſſov: è Con. N- Gramm.

*Veritas,* Georgins Petes, N. U. Somorienſis, Principiſta.

*Vanitas.* Franciſcus Ferdinandus Pundtſchue, Nob. Germanus, Major Parviſta.

*Genius Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Mecænatis.* Comes Franciſcus Petheo, Ung. Minor parviſta.

*Genius Celſi.* Ladislaus Naderſpan, N. U. Caſſ. è Con. N. Gramm.

*Genius Ungariæ.* Michaël Thuranski, Slavus Turocienſis, Gram.

*Genius Zeli.* Samuel Menczel, Germanus, Caſſov. è Con. N. Parv.

*Genius Religionis.* Emericus Kalmanczai, Nob. Ung. Caſſovienſis.

*Pyragmon.* Stephanus Verebéli Ungarus Debrödienſis, Poëta.

*Brontes.* Andreas Fabri, Nob. Un. ex Com. Caſtri Ferrei Poëta.

*Steropes,* Daniel Szép Nob. Ung. Caſſovienſis Principiſta.

O. A. M. D. G.